

V
53 9/3





Q. R. 1491. 19

Vg
5363

RECTOR

ACADEMIÆ LIPSIENSIS,

ad recolendam

REFORMATIO- NIS ECCLESIA- STICÆ

Memoriam

Utriusque Reipublicæ Proceres

&

Cives Academicos

in Templum Academicum
invitat.

Auctor e. Joh. Ben. Carpzovij. S. T. S. D.

Lutherus Solus Reformator



RECTOR

ACADEMIAE LIPSIS

ad recordandam

REFORMATIO

NIS ECCLESIA

STICAE



Cives Academicos

in Templum Academicum

1871





Dost tot præclara
atque amplissima be-
neficia, quæ in Ecclesiam suam
DEus liberaliter contulit, unum
illud restabat, ut innumeris do-
ctrinæ pariter & morum corru-
ptelis sub Anti-Christi tyrannide inquinata, tandem
expurgaretur. Quas emendandæ Ecclesiæ partes
uti Luthero, ad sustinendam hanc personam divinis
animi dotibus satis ornato instructoque dedit: sic ille
partim officii conscientiam fretus, partim causæ bo-
nitate nixus, partim potentiam & opem Dei fultus, rem
non tantum fortiter & sapienter aggressus est, sed ex-
cellenter etiam atque feliciter confecit omnem, ut
solus *Reformatoris* titulo meruerit à nobis nuncupa-
ri. Neque de hoc summi viri honore detrahet, qui
cum antè denunciatum cognoverit, tum eo in pri-
mis tempore, quo salutaria collapsæ religionis in-
staurandæ fundamenta bonis auspiciis cum applau-
su & congratulatione plurimorum piorum ponebat,
unicè intellexerit assertum. Ac ne de *Joanne Hil-*
tenio, ipsum illum, quem sanctè colendum cele-
brandumque monemus, diem vaticinato, de quo
Confessionis nostræ Apologia meminit; nec de

Apolog. A. C.
de votis mo-
nast. p. 276.

Wolf. Rev. Me-
mor. ab. Centen.
XVI. f. 26.

Gerh. Loc. de
Ecclef. §. 292.

Cœlestin. Tom.
II. Histor. Co-
mit. August.
f. 126.

Andrea Prole, Lipsiensi, Augustinianorum Provinciali,
cujus de Ecclesiæ reformatione Herois, ut ajebat, à
Domino excitandi, ætate, viribus, industriâ, doctrinâ,
ingenio & eloquentiâ præstantis, ministerio perfici-
endâ in vulgus nota vox est; nec de aliis ante de Lu-
thero reparatore, quàm vel nasceretur, vel in scenam
prodiret, auguratis dicamus; *Fleccum* saltem com-
memorare liceat, quem consecrationi Academiæ
Wittebergensis, auspiciis Friderici Sapientis erectæ
interfuisse, atque tum illi de sapientiâ in orbe ter-
rarum ab albo isto monte disseminandâ pro publicâ
concione gratulatum, postea cum primas Lutheri
de indulgentiis theses in vigiliis Sanctorum omni-
um nobis meritò sacris propositas conspiceret, gau-
dio exiliisse, & cum tripudio dixisse accepimus: *Is
perfecto faciet, venit, venit, quem diu expectavimus.*
Jamque adeo, ubi cœpto sic reformationis operi,
post elapsos annos duodecim integros faustissimis
successibus divinâ ope absoluto, Confessio publica,
Augustæ Vindelicorum Imperatori semper Augu-
sto exhibenda, veluti corona imponenda esset, Or-
dines Imperii Protestantes, horumque Theologi, in
Comitiis præsentis, Lutherum *Caput* in totâ causa,
Moderatorem item & *Gubernatorem* actionum sanctis-
simarum & agnovere, & appellavere. Lutherus
eqvidem, quâ erat modestiâ & animi demissione,
elogium adeò gloriosum graviter molesteque fere-
bat, scriptisque ad Melanchthonem Coburgo Augu-
stam literis seriò deprecabatur. Nam cum Lutherum
Melanchthon per literas communi consulisset no-
mine, & *autoritatem ejus in maximis rebus omnes sequi*
addi-

addidisset, respondit ille verbis oppidò gravissimis:
In literis tuis displicuit, quod scribis, vos meam autori-
tatem secutos. Nolo Vobis auctor esse aut dici in istâ cau-
sâ; etiamsi id commodam interpretationem admitteret;
tamen Vocabulum hoc nolo. At quò moderatius de se
ipse sentiebat, hoc gloriosius inde ab eo tempore ju-
dicabant de eo alii, ut agendis etiam Ecclesiæ Argen-
toratensis Bucerus suum illud inlereret iudicium,
RELIGIONIS & PIETATIS in Germaniâ AUTO-
REM. Ipse Beza, homo ejus hæreseos, quæ reforma-
tionis gloriam suo sive Zwinglio, sive Calvino vindi-
cat, fortissimum heros, & Christianæ religionis instau-
ratorem salutavit; cujus & aliorum illius sectæ testi-
monia ad confundendam iniquissimam Crypto-Cal-
vinianorum, Peuceri ejusque asseclarum, compara-
tionem inter Lutherum & Melanchthonem eâ finî
factam, ut corpus doctrinæ Philippicæ, per quod Cal-
vinismi sparsa semina, canon ad quem Lutheri scripta
censenda essent, constitueretur, & Calvinismus novâ
reformatione plenis velis in Ecclesiam invehetur,
per opportunè adhibemus. Quorum ut non modò
audaciam atque impudentiam viriliter coërcuit Sel-
neccerus noster, Philippum ostendens, quàm Luthe-
rum agnovit Patrem, & nominaverit Præceptorem,
& coluerit postremæ ætatis Eliam, & salutarit currum &
aurigam Israelis, & de eo versum crebrò repetierit: Nulla
ferent talem secta futura virum; verum nos insuper
docuit, quàm dicere oporteat, nisi, (quæ ipsiusmet
verba sunt,) prorsus cæci, dementes, & ingrati esse
velimus, Deum in Germaniâ nostra, præsertim in Mis-

Agenda Eccles.
 Argentor.
 p. 51. 52.

Beza lib. de Hæ-
 retic. à Magi-
 str. puniendis.
 T. I. Opp. f. 2. 4.

Nicol. Selnecc.
 Recit. de Au-
 torit. Lutheri
 & Philippi
 p. 322. seqq.
 Conf. Jo. Af-
 selman. part. I.
 Opp. Diff.
 XXXIV. de fu-
 giendo Philip-
 pismo, p. 1071.
 seqq.

na & Saxoniam, unum delegisse sibi Lutherum, excitasse, docuisse, duxisse, rexisse, & defendisse ad repurgationem doctrinae Evangelii: Ita nemo non bonus & orthodoxus jure indignatur, si nostra ætate homines sibi sapientes novam, meditari atque moliri Ecclesiae reformationem apud genuinos Lutheri, quæ fidei morumque doctrinam, sive discipulos, sive successores, videat. Qualem hoc seculo Fanatici plures post Weigelium, Jesaias Stiefelius, Adolphus Heldius, Christianus Hohburgius nunc Eliæ Prætorii, nunc Bernhardi Baumanni, nunc alterius personam sustinens, Jacobus item Taubeus ac Thomas Tanto, aliique istius furfuris, imò ex opificum etiam tabernis prodeuntes, Sartorum quidem Joannes Banierius, Sutorum vero Jacobus Bohemus, & inter horum Patronos Quirinus potissimum Kuhlmannus, sibi arrogarunt. Fanatica horum non leviter pressa vestigia nostri illi Sanctuli persequuntur, Ecclesiae faciem, qualem Lutheri beneficio consecuta in florentissimo apud nos statu non indecoram habet, alto supercilio aspernati, sacra carpentes omnia, & nihil relictum, nisi quod ipsorum moribus conveniat, putantes. Nam & rudimenta literarum bonarumque artium in scholas triviales introducta reprehenduntur, & studia Academica solidiori Theologiae substerrenda jubentur eliminari, & exercitia disputationum notis plus quam Thraciis compunguntur, credo Philisthæorum ingenio, olim ne faber aut armorum facultas esset Israelitis caventium, ut hoc præsidio destitutis acerbius & crudelius imperarent. Porro in sacrosanctum verbi ministerium feroci incurritur

2. Sam. XIII, 19.

ritur impetu, & methodus in Ecclesiâ publice docendi legibus ecclesiasticis ad Lutheri mentem sapienter demandata, nondum scilicet ædificationi sufficiens, reprehenditur, quasi Pastorum nemo officio satisfaciatur suo, nisi & antecessores suos curis, vigiliis, laboribus vincere conetur, & plebem promiscuam ad privatam rerum divinarum tractationem pietati implantandæ magis idoneam in domum suam invitet; & ipse se in ædes auditorum intrudat, observaturus eorum vivendi rationem. Præterea nec modus nec ratio est culpandi verbi præcones, qui delectu omni & discrimine remoto superbiæ, avaritiæ, & litigandi cupiditatis postulantur, quia nimirum hæc erant Cleri Romani vitia, in quibus tollendis extirpandisque multam operam Lutherus Reformator consumpserat. Sed neque ipsa doctrina, quæ in Ecclesiâ hodie proponitur, quando non satis inculcatur populo, servari posse & impleri legem, nævis destituta censetur, novâ reformatione longe defæcaturatura, ut merito de Aristarchis istis usurpes illud, quod de Puritanis suis Jacobus Rex Angliæ scribebat, *non injuria Chymicos Theologiæ Doctores appellandos esse, cum suis illis puræ & purgatae doctrinæ quintis essentiis.* Hinc ergo illæ in Sacerdotes in-
vectivæ: hinc illa Collegiorum Reverendorum contemptio ac despicientia, & Responsis illorum contradicenti libido; hinc illæ de Chiliafmo, & universali Judæorum conversione extremum diem antecessurâ opiniones, morticûs defensæ: hinc illud librorum fanaticorum à gravissimis Theologis damnatorum patrociniûm futuriâ theologia dignum. Nempe sic omnia benè componenda ad novam, quæ in animis
infi-

Jacobi Regis
meditatio in
Orat. Domin.
fol. 270. ope-
rum supero-
rianno recu-
sorum.

Conf. Jo. Tar-
novii *Tres Elia.*
sive *Compa-*
ratio trium
Ecclesie Refor-
matorum, edit.
A. 1618.

insidet, Ecclesiæ reformationem, at non sperandam. Equidem optandum foret, ut tot mala, quæ in Ecclesiâ grassari cum dolore conspiciamus, ejici foras possint; æquum etiam atque justum est, quemvis huc pro suo modulo, sed ordine ac decenter, conferre operam; denique ad perfectionem contendere oportet, quicumque veri Christiani nomen tueri cupiat; sed quod Donatiani olim sibi frustra persuadebant, id nos in hac mundi senectâ non consequemur. Tertius Elias fuit Lutherus noster, Quarto non præstolabimur: quin gratias potius agemus Deo pro beneficiis Lutheri ministerio Ecclesiæ collatis, atque ut perpetua nobis esse jubeat, istamque fidei pariter ac morum doctrinam nobis creditam conservet ad Filii sui adventum usque puram atque illibatam, devotis precibus supplicabimus, eaque fini cras more nostro festum diem recolendæ ultimæ illius reformationis memoriæ sacrum agemus. Eam ad rem ex Umbone ædis Academicæ post peracta in reliquis urbis templis sacra matutina, Excellentis ingenii & eruditionis haud proletariæ Juvenem, *Dominum M. Jo. Albertum Fabricium, Lipsiensem*, à quo Ecclesiæ præclara omnia atque egregia pollicemur, *de non sperandâ Ecclesiæ reformatione post Lutheri ultimam aliâ*, verba facere jussimus. Quibus Academiae sacris ut utriusque Reipublicæ Proceres suâ sponte ad futuros confidimus, ita Cives nostros, ut frequenter confluant, qua decet pietate cohortamur. Procedemus autem solenniter ex ædis Nicolaitanæ sacello. P. P. Lipsiæ, d. XXX. Octobris Ann. MDC LXXX.

LIPSIÆ,

Literis CHRISTIANI SCHOLVINI.



Wolf, *Rev. Memorab. Centen.*
XVI. f. 26.

Gerh. *Loc. de Eccles. S. 292.*

Cœlestin. Tom. II. Histor. Comit. August. f. 196.

Andrea Præ-
cujus de E
Domino e
ingenio &
endâ in vu
thero repa
prodiret, a
memorare
Witteberg
interfuisse
rarum ab
concione
de indulg
um nobis
dio exiliis
profecto fa
Jamque a
post elaps
fuccessibus
Augustæ
sto exhibe
dines Imp
Comitiis p
Moderator
fimarum &
eqvidem,
elogium a
bat, scriptis
itam literis
Melanchth
mine, & au

provinciali,
ajebat, a
doctrinâ,
o perfici
te de Lu
n scenam
em com
cademiæ
tis erectæ
orbe ter
o publicâ
Lutheri
m omni
eret, gau
imus : *Is*
favimus.
is operi,
astisimis
publica,
r Augu
ffet, Or
eologi, in
tâ causa,
n sanctis
Lutherus
missione,
que fere
o Augu
therum
isset no
nes sequi
addi-

